

A Haldanus, Harald Danorum regis F. proceritatis maxima, Frothionem patrum in paterna necis ultionem in regia exiit, Ericum Sveonum regem cepit, Sveoniam occupavit, Tokonem & Anandum piratas delevit. Syvaldum cum septem filiis magis peritissimis, qui Sveonum regnum occupavit, quercu in clavae more conformata occidit. Harbernum gigantem cum XII. pugilibus oppressit. Thorilda Hatheri Norvegiarum reguli filia nuptias jam senex viduo Brimmono rivali obtinuit, ex qua Afinundum Norvegiarum stirpis regie auctorem substituit. Elbonem piratam, qui robotis confidentia Unguini Gothensium regis filiam Sygrutham in uxorem postulabat, ipsa nuptiarum nocte singulari certamine interfecit: sine liberis moriens, regnum Unguino reliquit. *Saxo lib. 7.* Ericus Segerfel, hoc est, Victoriosus, Gothorum & Sveonum rex, Agnerum Danum acie vicit: Livones, Finnos, Estones, Curtes bello sociali prostravit: Haraldum Danum, deinde ejus filium Sveonum, regno exiit, & toto seipennio Dania jus dicit: amplissimum principatum (quem Tanais fluvius ab Oriente, & Albis ab Occidente terminavit) in pace & magna tranquillitate gubernavit. *In Magnus lib. 17. c. 14.*

NORMANNORUM.

Normanni ducem Ricardum & Roberto in Italia profecti, Salernitani ducis stipendiis militarunt circa annum Christi 900. Militia clari continua successione ducis sibi creaverunt, quoad Guilielmum. Fierabracium Alavilla comes a Malocco Gracia Imp. praefecto, stipendiis contra Saracenos promeritis frustratus, multa loca Calabriae & Apuliae occupavit, seque comitem Apuliae dicit. Successere huic fratres, & ad extremum Robert. Guiscardi. pulso Bagelardo nepote, quem Godofredus pater moriens comitem Apuliae dixerat, prudentia & fortitudine insignis, Nicol. II. PP. reconciliatus, & diris exemptus, cum ea quae Ecclesiae ademerat, restituit, dux Calabriae & Apuliae creatus est. Rebelles pontifici domuit. Cyriacum Romani Diogenis Imp. Graecorum superavit. Barletam anno tertio expugnavit. Capuam cepit, Beneventum occupavit, Regium acquisivit, Panormum in Sicilia obtinuit, anno Salutis 1073. Proditione Bertimini praefecti Saracenorum Siciliam occupavit, Alexandro II. de praeda camelos quatuor dono obtulit. Atque adeo Robertus cum fratribus suis XIX. annorum spatio Apuliam, Calabriam, Siciliam, mirabili victoriarum successu, obtinuit. A Gregorio VII. anathemat. perfrictus, Salernum occupavit. Reconciliatus Pontifici, quaecunque Ecclesiae abstulerat, reddidit. A Venetis, Nicephori Graeci Imp. partes tuentibus, Dyrrhachium obsidens, navali praelio victus, obsidionem nihilominus continuavit. Grecos ad Dyrrhachium ingenti strage vicit: Henricum III. Imp. qui Greg. VII. Romae obsidebat, obsidionem solvere, sola adventus sui fama coegit: Gregorium libertati restituit. Venetorum & Graecorum classem ad Dyrrhachium profugavit. His initiis tam praecelsis Constantinopolitanum imperium animo jam conceperat, cum Corcyrae anno Salutis 1082. mense Julio ex casu obiit jam sexagenarius. *Pandulphus Collemensis lib. 3. hist. Neapol.*

HUNNORUM, HUNGARORUM.

Atila & Bleda fratris ductu, Hunni Thraciam, Mysiam Illyricumque foede populates, Byzantio immincebant. Vidit tamen uno praelio a Theodosio Imp. ducibus, aliquandiu quieverit. Atria exercitum summa ope reparat, validisque ductus copiis, Valentiniani opes invadit. Bellum a Bleda fratris nece, quem Budae incautum peremit, auspiciatus (qui ut erat mitioris ingenii, periculosas prohibebat expeditiones, & reges Ostrogothorum, & Gepidarum, qui copias conjunxerant, & in quorum fide staret tota victoria spes, uti focios, non ut subditos, ab illo haberi, tractatque volebat) in Galliam irrumpens per Germaniam, & Catalaunicis campis a Theodorico Vespogothorum rege & Etio Patrio Romano Valentiniani Imp. ducis profugavit. Fugaque vix elapsus, post quinquennium reparatis copiis, mortuo Etio, & Thorimundo Vespogothorum rege, per Dalmatiam in Italiam irruit, eamque miserè vastavit. Leonis Pontificis occursum divinitus exterritus, in Pannoniam rediit, ductaque nova uxore, noctu in illius amplexibus sceleratam evomit animam. *Joan. Magnus lib. 9. Nic. Olavus ejus vitam ex professo tractavit.*

Joann. Huniades, quem & Corvinum a vico, in quo natus est, appellavere quidam, matre Graeca, patre autem Valachiano natus est. Nonnulli eum Sigismundum Casaris nothum putant. Ab eo Huniadem arx in extrema Transylvania ora

condita est, unde cognomen ipse accepit. Eum Uladislaus Rex Transylvaniae ducem declaravit, quem Vaivodam vocant, Banumque creavit Severienensem, ac Comitem Themesensem: eaque illi potissimum oppida, quae Turcis obiecta erant, commisit: & tantum copiarum, quantum res tunc sinebant, assignavit, ut non solum sua defendere, sed per occasionem etiam fines hostium transiret. Divinitus adeo vir hic videbatur delectus, tum Christianam sustineret. Cum exercitu Serviam ingressus, pluribus claudibus Turcos affecit, eorumque duces bis acie stravit. Moldaviam recuperavit. Omnes occultos tramites, quibus Turci erumpere solebant, ita clausit, ut omnem eis praedandi occasionem adimeret. Bassam Amurathis II. cum LXXX. delectorum militum parva manu fudit. Eapropter tanto hostibus stupori & terrore fuit, ut plorantibus pueris matresfamilias quoque taciturnitatem non aliter impetrarent, quam Huniades praesentiam imitantem. Uladislaus rege, tertio regni anno, cum Crucisignis militibus in Bulgaria irrupente, sex victorias cum die signis collatis assecutus est: sexto praelio XXX. Turcorum milia caecidit, & Georgium Despotum Serviae in regnum restituit. Pace interea cum Turco firmata in decennium, cum eam Eugenius IV. Pontifex per Julianum Casarinum Cardinalem irritam fecisset, ad Vamam Romaniam centum milia Turcorum primum profugata, postea vero restituta, Christiani fusi sunt. Uladislaus caesis, foederis non servatis, penas dedit. Huniades fuga elapsus, Hungarici regni Administratorem electus, Turcum imperatorem aggredi volens, proditus a Georgio Serviae Despoto, in Cassio Myias campo, quem alii campum Merulae appellant, in Bulgaria atrociter infestis armis toto triduo dimicavit, primum victoria atque eorum Hungaris cedente: qui etsi numerum impares erant, virtute tamen praestabant. At dum Amurathis caesa Huniades oppugnat, Mahometum Casaris filium, proximo quodam tumulto extra aciem quadraginta habens electissimorum equitum milia, Huniadem paternis castris harentem tanta vi est adortus, ut post ingentem stragem aegre Huniades cum paucis fit servatus. Empta multo sanguine victoria, Amurathis (nam ducenta prope milia militum habuisse dicitur) domum rediit. Fuga elapsus Huniades, Georgii Despoti ingratisimam hominis precibus victus, Fritecebum G. Amurathis ducem profugavit, & Serviam a Turcis liberavit. Mortuo Amurathis, Mahometus F. ejus subacta Constantinopoli, auctus opibus, quas triennio congesserat, ex omni regno accessit proceribus, anno Christi 1455. expeditionem in Hungaros instituit: Belgradum, quam Hungari Nandoralbensem arcem, hodie Albam Graecam vocant, obsedit. Annales Hungarici cocox. exercitu pedestri a navali habuisse Turcum, tradunt. Latinorum Imper. se obruturum iactabat, qui jam Graecorum Casarem neci dedisset. Germaniam atque Italiam direptioni militum popondit: sese unum esse dicitans, cui omnis terra cessura esset, si unus Deus caelo praesisset. Hungari Joannis Capistrani monachi Minoritani concionibus excitati, Huniadem Comitem Bistricensem cum quinque milibus equitum secuti sunt, accedentes Crucisignatorum XLII. Tam parvum numerum contemnens Turcus, Amurathis patri maledixit, qui septem menses frustra in obsidione Belgradi consumpserat, se quindecim diebus arcem solo aequatum. Intra pugna, hinc Turci, hinc Christiani, nunc victi, nunc victores, cruenta caede (duce Huniade) sternunt Bassam Natio: Carazam Thraciae praefectum firunt, primoresque exercitus duces occidunt: tum Mahometum sagitta, sub papilla lava, in pectore vulnerant. Quem mortuum credentes Turci, nocte semivivum abducunt, & omnes in fugam conversi, relicti omnibus impedimentis, castris sunt exiit. Mahometus ubi ex dolore vultus aegri se rediit, intelligens suorum cladem (nam in acie supra XXX. caeciderant, plures in fuga absumpti fuerant) veneno vitam voluit sibi ipsi adimere, ne tanto cum dedecore in patriam inglorius remearet: vix a suis prohibitus. Nunquam post de ea clade aut dicere aut audire quicquam voluit: & quoties illius memoria subiret, semper barbam manu vellens, suspicia deduxit cum fremitu, & hunc exercitum diem inter atros conturbavit. Sequenti anno post cladem Huniades morbo correptus, non sine planctu universae Hungariae, imò totius Christianitatis, diem suum obiit. Cujus mortem etiam Turcorum Imperator indoluit vehementer, totumque peccatum diem post nuncium illud obtulisse caesus fertur, ultionis materiam sibi nuncum propterea lugens. *Cusp. A. D. & Cromer.*

E

A Cromer lib. 21. Cum Turcis decies collatis signis, quaterdecies tumultuario, & improvise praelio feliciter dimicavit. Bis victus, perniciosam hosti victoriam reliquit. *Bonfin. lib. 8. Decad. 3.*

Omnium prosperissime rem Christianam Mathias Hungarorum rex in Turcos gessit: ut is non minor esset terrori, quam olim Huniades pater. Ingentem exercitum ab initio regni, qui Syriam agros vastabat, fudit fugavitque, ac arcas ab eis occupatas recuperavit. Valida etiam manu majorem Serviae partem penetravit, multa felicissime gessit. Bosnense regnum, quod vulgo hodie Romaniam vocamus, Turcorum manibus eripuit. Castrum Jayca munitissimum vi & armis subegit: finitima loca deditione cepit: captivos plures cum insigni & novo triumpho abduxit. Cum a Mahumeto Bajazethis arx Jayca iterum obsideretur, tam cruento bello repulsi Turci, ut coactus sit impedimenta & machinas omnes post se in praedam & spolia Hungaris relinquere. Mahometus hunc locum Mathiam inter Christianos duces Principis nomine dignavit. Sabatiam inde artem munitissimam, ad litus Savi fluminis sitam, strenue B. faucibus Turcorum eripuit. Quod si potestati Mathiae tradidit fuisset Luzzimus Bajazethis frater exul, ex tota Europa Turcorum gentem expelli potuisset, multi opinantur. Tandem Vienna anno Christi 1490. in vigiliae caem Dni mortuus est, quam jam Austriam annis penè sexdecim occupasset. *Cusp. A. D.*

Causa Foissesejus, Galliae regis Ludov. XII. ex sorore nepos, imberbis adolecens, ante Imp. quam miles, ante triumphator, quam a victore exercitu acclamatus Imp. cujus virtutem adeo intemperanter Fortuna extulit, & extinxit, ut cum nullo mortalium utroque vultu vultuque atque vehementius luisse videatur. His virtute ac celeritate sua, quindecim dierum spatio, Pontificum Hispanicumque exercitum a Bononiae menibus discedere coegit: Joannem Paulum Ballionem Venetorum copiarum ductorem acie fudit: Brixiam magna militum populique strage recepit, adeo ut communi omnium iudicio, Italiam a multis seculis in rebus bellicis tale aliquid non vidisse confirmaretur. Tandem ab Hispanis, dum in victoria persequenda militis potius quam ducis munia sibi, in ipso victorie & etatis flore caesus occubuit. *Joan. lib. 2. in Leone X. & Guicciard. l. 10. Sequitur ad Galias referri debet.*

BOHEMORUM, BOHEMORUM. Boleslaus Crivonustus III. Polonorum rex feliciss. & victoriosissimus, XVII. aperto Marte dimicavit, semper victor. Extremo praelio contra Russos ad Halicium, hostium multitudine & Palatinus cuiusdam fuga victus, cum vix evasisset, praemortore animi intra annum perit. *Cromer. lib. 6.*

Othocarus, Praemislus patris dictus, Venceslai III. Bohemorum regis filius, contra praetorem conspirans, marchionatu Moraviae privatus, in carcerem conjicitur. Liberatus inde, & dignitatis restitutus, Austriam Bavariamque vastavit, Udalicum Carinthiae principem ab Austriae captum liberavit, Margaritam Austriae heredem in uxorem duxit. Patri mortuo succedens, ad equestrem militiam Bohemos affuefecit. Ab Udalrico libertis earente Carinthiam Istriamque redemit, & regnum usque ad mare Adriaticum extendit. Subinde Prutenis bellum sacrum intulit, victorque ad mare Germanicum usque limites regni promovit. Belam IV. Hungariae regem de Stiria profugavit, eundemque ad Taylam fl. memorabili strage vicit, caesis XVI. hostium M. A. D. Steph. V. qui patri Bela successerat, irritatus, Polonium cepit. Oblatum ab Electoribus imperium Romanum repudiavit. A Rodolpho I. Imp. dum Carinthiam, Stiriam & Austriam recipere armis tentat, fraude amissas, in acie caesus occubuit. *Dubrav. lib. 17.*

Joannes Zilca Bohemus, Trofnoviensis, post Venceslai regis mortem, altero oculo captus, quem in praelio amiserat, Hussitarum ducem se praebuit: aedificataque Thabor urbe admodum munita, Bohemiae partem majorem imperata facere coegit. Dum Rabi castellum oppugnat, altero etiam oculo sagitta ictu orbatus, aliena manu cibum sumere cogebatur, non tamen alieno ducis pignora. Sigismundo Imp. qui Bohemiae regnum hereditario jure repetebat, bis superato, exercitum in fugam compulsi, Pragam obsedit: & quoad superstes fuit, Bohemiae rerum potius est. Jure quis igitur illum ob claras victorias, nunquam ab hoste superatum, Hannibali Sertorioque, altero tantum oculi captis, praeponat, quantum ipsi monoculi caeco antecellere videntur. *Fulg. lib. 3. c. 2.*

Inter praesides Bohemos manu & bello praestantissimus, E. Joannes a Brandefio, Giscra cognomine, cum ab Elizabeth, vidua Alberti II. Imp. tori territorio Bistricensi, in quo aurariae argentariaeque sunt, praepositus fuisset, non solum ea salva, quae accepit, praestitit; sed plurima etiam numero mancipia, quam tot tenebat, adversariis vi eripuit. Polonorum regem Uladislaum, Hungariae regi contra Ladislaum Alberti posthumum aemulum, crebris praesidiis fudit: Joannem Hunniadem castris bis exiit, tanto denique terrore Hungaris fuit, ut auctore ipso quoque Uladislaus, pacis conditiones cum Regina Elizabeth inire non abnuerint. *Dubrav. lib. 28.*

Rodolphus mitis, Rex Bohemiae investitus a patre, cum contra Bavaros Luiconiam arcem munitissimam obsidione cingeret, nimo est fructum aetivorum dysenteriam contraxit. Amicis itaque suadentibus, ut Pragam se reciperet, Nequaquam, respondit, hoc faciam: malo in tentorio, quam in cubiculo Regio mori, cadam potius, quam cedam. Morbo itaque ingravescente diem obiit extremum.

TARTARORUM.

Tamberlanes humili loco inter Scythas natus, bubulcus, ex gregario milite ordinem primo, mox exercitum ducavit, eoque est potentia evectus, cum solertia, tum corporis viribus, blandique promptitudine, in magno fortuna ludibrio multarum sit gentium imperio potius. Sunt qui primum in Partibus regnasse dicant, mox Scythas ab eo subactos, Iberos, Albanos, Persas, Medos: inde Armeniam & Mesopotamiam ingressus, utramque armis subegit: transmissis deinde Euphrate, minorem Asiam late domuit, quadringenta equitum milia, sexcenta peditum in armis habuisse tradit. His fretus copiis, Bajazethem potentissimum Turcorum regem, etsi pari fere bellatorum numero, cruento tamen praelio superavit, ducentis Turcorum milibus una acie caesis: regem ipsum in pugna captum, aureis vinculis catenis, omnibus suis expeditionibus praefegit. Post memorabilem illam pugnam, domitum est Scythias armis quidquid terrarum est a Tanae ad Nilum. Vicit inde praelio Tamberlanes Memphiticum Sultanum, vicumque ultra Pelusium in Nili fluenta compulsi: Damascum cepit: cepit & Caphan in Euxini ora, quae tum Genuentium erat. G. Tota fere Asia domita, cum victore exercitu, praedaeque onusto ad suos reversus, urbem condidit ingentem, cum Merchanti, ut ajunt, nomen est: quam omnigenum captivorum multitudine referit, ornataque captivorum urbium praedio. Regnum moriens duobus reliquit filiis: horum discordia amplissimi regni opes, nuper tanta indole quaesiti, terro abierunt. Potuisset ex Tamberlanis interito omnis Syria cum Hierosolymis ab impio Mahometis imperio vindicari, si Bonifac. IX. Pontifex ad eam rem animum adiecisset. *Sab. l. 9. Em. 9. ex Sylv. c. 31. Asia, & Emil. lib. 10. & Cusp. A. D. & Dubr. lib. 25.*

TURCORUM.

Anno Christi 1300. Othomannus Turca, regulis Turcicis passim trucidatis, ex cuncto Caliphae Sultani juro, Turcarum regem se constituit, Bithyniam & Cappadociam obtinuit. Caput regni fuit Byrsa. Is Othomannicae familiae auctor (quae etiamnum hodie magno cum Christiani nominis dedecore regnat) obiit anno Christiano 1328.

Orchanes Othomanni filius, anno 1335. Graecis de regno inter se disceptantibus, Prusiam amplissimam urbem occupavit, & paternum regnum per Galatiam ampliat. Contra Tartaros infauste pugnavit, cum multis suorum interfectis, 1350.

Amurathes I. Imperio occupato ann. 1362. a Graecis disfidens evocatus, primus ex Asia in Europam trajecit, Calipolim & Cheronesum intercepte, Hellepontu angustias ad Abydum superavit: Philippoli & Hadrianopoli urbibus in potestatem redactis, Servia Bulgariaque Christiana adempta, Lazaro Serviae Despota capto in campis Casfoviis, 1372. Superiorem Mysiam ingressus, a servo Lazari, qui mortem domini ulcisci voluit, pugione in inguine percussus interit.

Mahometes Calepini F. sublati Mose patris, solus regno potitur, 1405. Serviam, Vvalachiam, & majorem partem Slavoniae subegit. Ex Bithynia in Thraciam regiam transfudit, & Prusiae urbi praetulit Adrianopolim. Primum Danubium trajecit, Macedoniam perdomuit, & ad Jonium usque pelagus pervenit.

Amurathes II. obtinuit Epirum, Aetoliam, Achajam, Baco.

A Bœotiam, Atticam & Theſſalonicam, Venete ditio- nis. Ladislaum Poloniæ & Ungariæ regem occidit Varna, ann. 1446. Joannem Huniadem, Ungarorum ducem, magna clade in campo Merula proſtravit, 1448.

Mahometes II. Amurathis F. deorum contemptor, Magnus Turcorum Imp. appellari ex magnitudine rerum geſtarum voluit. Namque Aſia potius, auctis paterni regni ſubſibus, in Europam copias ingentes per Helleſpontum claſſe traiecit, Byzantium expugnavit, Myſiam utramque, Thraciam, Peloponneſum, Acarnanas, Etolos, Ambraciam, Epirum atque Illyricum in poteſtatem redegit. Aſia minoris regna penè duodecim obtinuit: Pontum denique, Bithyniam, Cappadociam, Paphlagoniam, Ciliam, Pamphyliam, Lyciam, Cariam, Lydiam, Phrygiam, atque omnem Helleſpontum. Cùm annis unum & triginta ſeviſſimè regnaſſet, ab expugnatione Rhodiorum turpiter diſcedens, Nicomediæ colico dolore mortuus eſt, anno ætatis 58. Saluſtus humanæ 1481. quinto Nonas Maji. Ejus mors tanta lætitia univerſam affecti Italiam, (nam capto Hydruntio ſtorem omnem Italia trienniali bello penè abſumpſit) ut

B Sixtus IV. Pontifex, qui jam de fuga in Galliam cogitabat, cum patribus totius curiæ, Cardinalibus, Episcopis, & omnis dignitatis ſacerdotibus, ac cum plebe univerſa Deo gratias agens, tabernam claudi, juſtitiam ac triaduale ſacrum iudici juſſit, quòd de medio ſuſcipiſſimum draconem ſuſtulſſet, lætæque manentem flammam rore ſuæ divinæ providentiæ extinxerit.

Bajazethes II. fratre ex tota Aſia eſſecto, 1482. Methonem urbem Peloponneſi muſtiſſimam, Naupaſtum item, & Dyrrhachium, Venetiſ ademit, 1500.

Selimus, minimus natu ex Bajazethis filiis, patre agente annum ætatis 74. ex podagra decumbente, veneno per medicum Judæum ſublato, Acomaro, & Amurath fratribus, & ipſorum filiis ſtrangulatis, Turcorum imperium inſavit, 1512. Animi magnitudine leonem æquabat. Nihil ſibi unquam à fortuna peritum. Nullum ob periculum, quamvis maſiſſimum, ſuſcepit ſemel expeditiones unquam dimiſit. Conſilia dubia, ſed ſpem aliquam honoris continebat, ſecurus, ſed illudat, præſerebat. Alciaram Ægypti Sultanorum ſedem expugnavit, 1417. Alexandriam totamque Ægyptum ſub imperio ſubdidit. Damascum Syriæ cepit. Tandem ultricibus ſuperis extinguitur eſt, eo loco quo patrem ſuſtulcrat, 1520.

Patri Selimo Solymanus ſucceſſit, Belgradum urbem muſtiſſimam expugnavit, multaque arcis & caſtella in Hungaria diruit, 1521. Rhodum inſulam ſub Junii menſis ſinem 1522. obſedit: quam tandem Rhodii, Chriſtianorum regum auxiliis deſeruit, tradidit, ipſis Chriſti natalibus pacti corporum ſuorum & rerum omnium incolumitate. Cum ducentis milib. Turcarum Hungariam ingreſſus, Budam regiam urbem per dedicationem occupavit, nobili bibliotheca Marthæ regis prius incenſa, 1529. Gunſium Hungariæ etiam dedicationem occupavit, nobili bibliotheca ſui juris fecit, Stridonium cepit. Quinque Eccleſias ſuo æquavit, 1541. Muſtapham filium affectati imperii ſuſpicionem ſtrangulavit. Zigetho expugnatione anno, 1567. in caſtris obiit. Hæc *Gill. Cœn. ex lov. & Cuſp. A. D.*

Acomathes Baſia ex Albania oriundus, antiquis ducibus virtute militari æqualis fuit, adeò ut provinciæ omnes, quas impeteret bello, vel ſolum nomen ipſius pertineſcerent. Is cum ſubacta Vvalachia Conſtantinopolim revertere, à Bajazeth II. Imp. Turcorum, cujus fratrem æmulum etiam bis proſtraverat, cum ipſius innumera officia aliter rependere non poſſet, interfectus eſt. Cognominatus eſt Ghendich, quòd ei Deus unicus deſſet. *Jovius in vita Bajazethis.*

M O S C H O R U M.

Joan. Moſchorum dux, Tatarorum jugum excuſſit: complures & magnos principatus parvo vel nullo negotio imperio ſuo adjunxit: cum Stephano Magno Vvalachorum Palatino amicitiam & amicitiam contraxit: Caſanenſes, Perſicos, Sibiros, Lapros, Jugros, Hungarorum progenitores, Bulgaros, Aſiaticos, partim ſubjugavit, partim tributarios ſibi fecit: cum vicinis Syconiis ſive Svecis, Livoniis atque Finnis, proſpero ſucceſſu bella geſſit: Lituaniis ſupra ſeptuaginta arcis & caſtella ademit. Obiit anno 1500. *Crom. lib. 30.*

Stroſlaus, Zonaræ Sphendofilius, princeps Moſcorum, vixit poſt patris obitum ſub tutela matris. Adultus nullis perſuſionibus a matre adduci potuit, ut Chriſtianam religionem & baptiſma ſuſciperet: verum ſtrenuus miles factus

eſt, & nullos bellicos labores, conſuetaque pericula detrectavit: in bello nulla impedimenta, ne vaſa quicquam coquina, exercitui ſuo permiſit: carnisuſ totum tantum uſus eſt: humi, ſella capiti ſubjecta, quævit. *H. Flaminges in Geneal. Moſcorum.*

MILITES FORTES.

De rotius gentis vel cohortis fortitudine ſuperiore loco egimus. Nunc ad individua deſcendimus, eoque fortes milites complectimur, qui multis præliis interſuere. Quæmodum enim Duces fortes à præliorum & victoriarum multitudine paulo ante enarravimus, ita hic Milites fortes conſimilitudine intelligi volumus.

David rex triginta ſeptem in exercitu ſuo fortiffimos habuit. Verùm inter eos quinque maxime inſignes. Primus Jafobaam F. Hæronis, qui in uno prælio octingentos occidit. Secundum hunc Eleazar Dodis F. qui apud Horpam tantam cædem fecit Palæſtinorum ſolis, ut cruore concreta manus in capulo hæreret: ab eo proſtrati hoſtes, ab Iſraeliſis perſequentibus ceſſi ſunt. Tertius fuit Samma, Agæ F. Hararita, qui fugatis Iſraeliſis ſolis in medio fundo, qui ſente plenus erat, conſtitit, eumque contra omnes Palæſtinos defendit. Hi tres aliquando, cum David rex deſideraſſet, de puteo ad portam Bethlehem poſito aquam bibere, per media hoſtium Palæſtinorum caſtra magno animo penetrarunt, & Davidi aquam attulerunt. At rex eâ Dño libavit, ut potè hominum vite periculo emptâ. Quartus Abiſai Joab Polemarchi frater, qui una die trecentos occidit dicitur baſta ſua. Quintus Banajas F. Joade viri fortiſſimi Cæſel, qui Davidi a conſiliis fuit, & duos Moabiticos leones proſtravit, & in puteo leonem rugientem audiens, deſcendit, & baculo ſolo interemit. Cum Ægypto quodam, ſpectanda proceritatis, congreſſus, ſolo baculo fretus, haſtam ei extorſit, & occidit. Reliquorum triginta duorum fortiſſimorum nomina petes ex 2. Reg. 23.

Sacrâ cohortè Thebanorū quæmodam dicimus ſacram anchorâ princeps Gorbias ex trecentis delectis viris conſcripſit. Habebant hi in Cadmia arce caſtra: ubi ea, que ad exercitationem pererant, & viduus iis publicè præbebat: unde Cohors urbana nominabatur, nâ arces eo tempore vocabantur ſerè urbes. Sunt qui ex amantibus hunc globum conſtituiſſe referant: ac commemoratur Pammenis ſeſtium dictum. Quippè Homericum Neſtorem neſcite ait aciem intruere, qui tribules & curiales unâ centuriare jubet Græcis.

Et tribus tribus, & ſua curia curie ut adit: cum amator apud amicum locandus ſit. Siquidem gentiles gentium & tribulium rebus trepidis non magnam ait ducere rationem: indiſſolubilem verò & infractum eſſe ex amatoria contractum neceſſitudine cunem: ubi hi amore dilectorum, vercedunt illi amantium, diſcrimina pro fe mutuo perferant. Neque eſt hoc mirandum, ſi vel abſentium horum capiuntur pudore potius, quam aliorum præſentium, ut ille qui, cum ipſum hoſtem jacentem eſſet interempturus oravit, & obſecravit hunc, ut trajiceret ſibi gladio pectus: Ne cum videat, inquit, à tergo me amans vulneratum, ſuſfundatur rubore. Fama eſt, permanſiſſe hanc uſque in prælium Cheronenſe caſtra: atque ut ſecundum pugnam mortuus Philippus inſpiciens, eo inſtruit loco, ubi trecenti illi incurterant inſeſti in ſariffas, omneſque in arcibus viis atque in unum conſuſi jacebant, obſtupuiſſe. Cum autem amantium audiviſſet eam eſſe cohortem, illachrymaſſe, ac dixiſſe: Malè pereant, qui hoſ facere quidquam aut pati, quod turpe ſit, ſuſpicantur. Sanè huic amantium conſuetudini non, ut poetæ autumant, Laji caſus originem apud Thebanos dedit, ſed legiſtatores. Qui cum nativam eorum ferociam & ſevitiam remittere mox a pueris & mollire ſuſtulerunt, ſiſtulam ſerè omni in te ſeria & ludicra adhibuerunt, eique addiderunt honorem & dignationem. Adhæc prælium amorem in palæſtris aluerunt, ad temperandos adoleſcentium motes. Et rectè ob id deam Harmoniam, quam Martæ & Venere ſerunt prognatam, urbi velut tutelarem conſecraverunt: quòd ubi ſtrenuitas & viſ bellica venuſtate cõndita, & gratia fit commixta, omnia ad decentiſſimam & moderatiſſimam rempub. concinnitiam componantur. Ceterum Sacram hanc cohortem Gorgidas in primos ordines divellendo, & pro toto pedum acie in fronte collocando offuſcavit illorum virorum virtutem, neque ad communem effectum robur eorum adhibuit: ut potè diſſolutum, & magna ex parte conſuſum cum deteriori. Pelopidas verò, ut virtus eorum eluxit fortiter ad Tegyras circa ipſum dimicantium, non detraxit eos princeps, neque diſcepſit: verum hiſ ſicut toto corpore uſus eſt, cum quibus primùm incur-

E

F

G

H

A ſum in maximis certaminibus fecit. Ut enim perniciuſ equi ad curruſ juncti, quàm ſeorum currunt acti: non quia majore vi admiffi acra impellant numeroſiores atque pererrant, verum quòd inſtammet mutua hæc contentio & concertatio fervorem animi: haud aliter fortes viros emulatione inter fe egregiorum factorum ad contendum in communem actum, æſtimabat utiliſſimos eſſe expeditiſſimoſque. *Plin. in Pelopida, & Athenæus lib. 13.*

Cohors que Sciritæ apud Spartanos appellatur, non cum aliis in acie conſtituitur, ſed proprium locum habens cum rege ſtat, & ſemper opem fert aliis partibus que premuntur. Hæc ex ſelectiſſimis viris conſtat, plurimum habet in acie momenti, & ut plurimum victoriæ cauſa extat. *Diod. lib. 15.*

Pugna ad Salaminem commiſſa in anguſtiis, tum in ſerum extraxiſſent pugnam, Græci ſuderunt fugaveruntque Perſas, atque inſignem illam & nobilem victoriam, ut Simonides ait, quæ neque apud Græcos, neque apud Barbaros clariſ decus ullam exitit navale, retulerunt, virtute & ſtrenuitate communi omnium militum, conſilio verò & prudentia Themiftoſti. *Plin. in Themiftole.*

B Ad Thermopylas miſſus Leonidas Spartanorum rex cum trecentis ſuorum contra Xerxem, mille ſolis ex omni exercitu delegit. Quibus Xerxis copias innumeras in anguſtiis ſuſtinuit, neque ſuperari potuit, priuſquam Trachiniſ Ephialtes, Perſis per montem circumducis, ſuos prodidit. Quod cum reſciſſet Leonidas, reliquis omnibus ſeſe inde mox proprium locum, accenſos ſpontè ad facinus conceptum milites pro voto naſtus, jubet, uti properè prædantem, tanquam ſint apud inferos cenaturi. Mox hortatus, ut ſe fecuti, in caſtra hoſtium irumpant, quoſcumque obvios obruntent, inde ſeſe ad regis prætorium conſerant: ſibi namque regis primùm opprimendi (ſi fortuna faveret) conſiliū eſſe. Cædes per noctem barbarorum maxima. Xerxes in loca ita ut ſe recipit. Die facta, paucitate Barbarorum conſpecta, multitudine ſua eos obruerunt Græci univerſos. *Diod. lib. 11.*

Antigenes Philippi Macedonis miles, juvenis etiamnum, cum rex obſederet Perinthum, intorto ore catapulta in oculi ſuum telo, non parvè eximere telum volentibus, neque pugnam remiſſi prius, quam urgens pepuliſſet atque intra muros redegiſſet hoſtes. *Plin. in Alexand. & Diod. lib. 17.*

C Q. Pullo & L. Vorenoſ centuriones Ciceronis, legati C. Jul. Cæſaris, bello Gallico, in Aduaticis & Nervis, contra Ambium regem deſectionis Gallorum principè, emuli erant multis annis ob fortitudinem. Ad cum caſtra eorum à Gallorum rege graviter oppugnarentur, Pullo Voreno appellato: Hic (inquit) dies Vorene eſt, qui de noſtris controverſiſ planè decernet. Atque cum hiſ ex caſtromo munitionibus, nobi actor pugna erant, in hoſtes deſiluit. Nec Vorenoſ, ut pari virtute videretur, quidquam cunctatus loco deſedit, quin eum ſecutus, hoſtem ſecundum Pullonem ferro hauſit. Atque ita ambo in hoſtium globo aliquandiu præliati, ad ſuos ſeſe incolumes receperunt. *Sab. lib. 6. Ennead. 6.*

Q. Ennius T. Cællium Teurum, fratremque ejus, fortitudinis nomine præcipuè admiratus, propter eos ſextum adjeit Analeem. *Plin. lib. 7. c. 28.*

M. Sergius Rom. ſecundo ſtipendio dextram manum perdidit, ſtipendiis duobus ter & vicies vulneratus eſt. Bis ab Hannibale captus. Siſ vinculum ejus proſugus, xx. menſibus nullo die in carenis & compediſ uſtuditus. Siſtra manu ſola quater pugnavit, duobus equis inſidente eo diſſuſſoſ. Dextram ſibi fecit ferream, eaque religata præliatus, Cremonam obſidione exemit. Placentiam tutatus eſt. Duodena caſtra hoſtium in Gallia cepit. Ceteri victores hominum fuere, Sergius vicæ etiam fortunam. *Solin. & Plin. lib. 7. c. 28.* qui cum reliquis omnibus aſertere non dubitat, niſi quòd pronepoſ Catilina aliquantulum nomini ipſius detrachere videtur. *Pontanus.*

M. Manlius Capitolinus ante xvii. annum ætatis bina ex hoſte ſpolia cepit. Eques omnium primus murali corona donatus, ſex civicoſ, ſeptem & triginta donis, triginta tribus cicatricibus ad verſo corpore acceptis. P. Servillium magiſtrum equitum ſervavit, ipſe vulneratus humerum ac femur: Capitolium Gallis deſectis rutus: ſelix, niſi tyrannidem aſſeſſaſſet. *Plin. lib. 7. c. 28.*

Vejentes latrocinantium morte Rom. agrum vaſtabant, nec congreſſum Romanorum expeſcunt. Fabius Cæſo conſul cum gente ſua de bellum ſuſcepunt. Senatuſ promiſit. Trecenti & ſex feræ Fabii, teſte Livio. At victoria ſunt, que Dionyſius prodidit, quaternum milium hominum agmen, ex amicis & clientibus, à Fabia gente conſtatum,

nec Caſonis conſulis ductu ad Cremeram itum, ſed M. Fabii, qui ſuperiore anno conſul fuerat. Conſulcum ipſum, quod vero propius eſt, publico exercitu Fabiorum agmen ſecutum, nec prius ab Cremera fluvio abſceſſiſſe, quam ibi præfidium extrema tupa fluminis duplici foſſa & vallo, ut receptaculum Fabius eſſet, militari ſit opere munivit. Ibi eſſeſcente aſſiduus ſucceſſibus Fabiorum audacia, Hetruſcorum ſubſidia ad agrorum populationem arcendam miſſa, ſeſipſiſ ſimulato metu ad urbem reſugere, eaque ludificatione Fabiis perſuaſum fuit, nullo tempore locove ſua arma ab hoſte ſuſſineri poſſe amplius: peperitque ea perſuaſio contemptum & negligentiam; adeò ut pecora de induſtria ex oppido haud procul ab Cremera in pabulum propuſa intruſi, quanquam rara hoſtium apparerent arma, inexplorato velut ad certam prædam decurrerint, eſſuſſoque deinceps curſu inſidiarum locum præterveſti, dum paſſim diſpalatum pecus tumultuoſè agunt, à fronte, & à lateribus cum clamore ab hoſtibus circumventi ſunt. Quæ improviſa viſ Fabiorum animos percudit, cœcunteſque in arcium, ſuam paucitatem inſignioreſ fecerunt. Hic pauci, ſuperante hoſtium multitudine, quum telis obruerentur, factò impetu per conſertum amatorum agmen fecerunt ferro ſibi viam, denſoque cunco in colleſ leviter editum ſeſi prælio evaleſe. Ibi que quum animuſ ad præſenti confirmatione paululum recepiſſent, non ſolum locum fortiter tuebantur, ſed ſubſequentem etiam hoſtem procul diſtinebant, viſciſſetque auxilio loci paucitas, niſi jugo circummiſſiſ Veyens verticem collis tenuiſſet, ac ſuperior factus, in ſubjectum deſiſſet. Tum iſtibus hoſtem ex ſuperiore loco impetu deſiſſet. Dio vero ad unum caſi ſunt Fabii, ſed haud inulti periere. Dionyſius auctor eſt, mediis cadaverum ac cervis Fabios feſeſ perſeveraſſe, quoad ferri acies facta ſit illis inutilis: denibus inde, & ſerina quadam table ab eis dimicatum, ita ut non prius hoſti vincere contigerit Fabios, quam tertias partu Hetruſcorum occubuerit. *Sab. lib. 1. Ennead. 3.*

L. Siccius admirandæ fortitudinis miles, quum in urbe prius, inde in caſtris, quò ſpecie honoris ab Appio Cl. Decemviro fuerat miſſus, ad hoc ipſum, ut à collegis quoquo modo tolleretur, colloquia haberet de ſucceſſione faciendâ, ſuſpectus Appio & collegis, ſpeculationis prætextu caſtris ablegatur, negotio iis, qui cum eo miſſi ſunt, occulte dato (centum eos fuiſſe, Dionyſius ſcribit) ut cum opportuno loco adorti obtinuerent. Is ubi ſe in impetum ſeriſiſſet, ex equo deſiliens, quindecim circa feſeſ peremptis, telorum multitudine obrutus occidit. Qui ſupererant, tumultuoſè in caſtra nunciavit Siccium cum hiſ in inſidiis præcipitatum, eumque cum quibusdam ab hoſte circumventum perſiſſe. Credita primò res eſt: verum ubi ſi qui ad locum inſidiarum miſſi ſunt, ad eos qui ceciderant ſepelendos, Siccium ja-centem intuiſi, haud quidem ab hoſte ſpoliatum, certifiſſeque ex adverſo proſtratis hoſtium, neque cadaver ullum, neque abeuntium veſtigia extarent: à ſuis cum interfectum prædicantes, in caſtra retulerunt, Romam cadaver relatuſi, niſi Decemviri publica impenſa caſtrenſi funere extuliſſent. Sepultus igitur ingenti militum mœſtitiâ, peſſima decemvirorum in vulgus fama. *Sab. lib. 4. Ennead. 3.*

Romana juventus (C. Sempronio Atacino Coſum Volſcis apud Vertuginem partim proſperè dimicantem) ne acies jam inclinata propelleretur, equis delapſa, ſeipſam centuriavit, atque hoſtium exercitum irrupit. Quo dimoto, proximum tumulum occupavit: effecitque, ut omnis Volſcorum in ſe converſus impetus, legionib. Rom. ad confirmandos animos ſalutare laxamentum daret. Itaque cum jam de trophæis ſtatuendis cogitarent, prælium nocte dirimente, victoreſne an victi diſcederent, incerti abierunt. *Val. Max. lib. 3. c. 2.*

Strenuus ille quoque ſos ordinis Equetriſ, cujus mira virtute Fabius Max. Ruſtilianus magiſter equitum, bello quod adverſus Samnites gerebatur, malè commiſſi prælii crimine levatus eſt. Namque Papyrio Curſore propter auſpiciâ repetenda in urbem proſiſcendite, caſtris præpoſitus, ac veritus in aciem exercitum ducere, nihilominus manus cum hoſte, ſed non tam feliciter quam temerè conſeruit. Procul enim dubio ſuperabatur. Ceterum optima indolis juventus, detractis equorum frenis, vehementer eos calcaribus ſtimulatos in adverſos Samnites egit, obſtinataque animi præſtantia extortam manibus hoſtium victoriam, & cum ea ſpem maximi civis Ruſtiliani, patriæ reſtituit. *Idem.*

Scævola bello Gallico, quo C. Cæſar non contentus opera

E

F

G

H

A opera scilicet Oceani claudere, Britannica insula in-
fecit manus, cum quatuor commilitonibus rate trans-
fecit in scopulum vicinum insula, quam hostium ingentes
copie obtinebant: postquam maris aestus regressu suo spa-
rium, quo scopulus & insula dividebantur, in vadum tran-
sisti facilem, ingenti multitudine Barbarorum affluente,
ceteris rate ad litus regressis, solus immobilis stationis
gradum retinens, undique irruentibus telis, & ab omni
parte acti studio ad invadendum nitentibus, quinque mili-
tium diurno praelio suffectura pila, una dextra hostium cor-
poribus adest. Ad ultimum districto gladio, audacissimum
quemque modo umbonis impulsu, modò mucronis ictu
depellens, hic Romanis, illic Britannicis oculis incredibili
spectaculo fuit. Postquam deinde ira ac pudor cuncta conari
fessos coegit, tragula femur trajectus, laxique pondere ora
contusus, galea ictibus discessa, & scuto crebris forami-
nibus absumpto, profundo se credidit, ac duabus loriceis onus-
tus, inter undas, quas hostili cruore inecerat, enatavit:
visuque Imperatore, armis non amissis, sed bene impensis,
cum laudem mereretur, veniam petit. Magnus praelio
sed major disciplinae militaris memoria. Itaque ab optimo
virtutis aestimatore, tum facta, tum etiam verba ejus, cen-
turiationis honore donata sunt. *Idem.*

Erant C. Martius Coriolanus, qualem esse Cato voluit
militem & non tantum & gladio, verum & vocis con-
tentione & obtutu vultus, terribilis aspicienti hosti, atque
intolerabilis. *Plur. in Capitolano.*

L. Scinius vel Siccius (ut *Plin.*) Dentati opera, honore-
que operum, ultra fidem veri excedere iudicari possent, nisi
caereri auctores, inter quos Marcus Varro, monumentis
suis testata esse voluissent. Eum namque centies & vigesies
in aciem descendisse, tradunt, cum annis XI. militasset, eum
robore animi atque corporis utentem, ut majorem semper
victoriae partem transire videretur: sex & triginta spolia ex
hoste tulisse, quorum numero octo fuisse, cum quibus spe-
dante utroque exercitu ex provocacione dimicasset: qua-
tuordecim cives ex media morte raptos servasse, quinque &
quadraginta vulnera in pectore excepisse, tergo citatitibus
vacho: novem triumphales Imperatorum curtus secutum,
totius civitatis oculos in se numerosa donorum pompa con-
vertentem. Praeferebantur enim aureae coronae octo, civi-
ca tredecim, murales tres, obdionalis una, torques cen-
tum octoginta tres, armillae centum sexaginta, haeta octo-
decim, phalerae viginti quinque: ornamenta etiam legioni,
nedum spicili, satis multa. Hic Trib. pl. fuit, Sp. Tarpejo &
A. Thremon vel Aeternio Coss. non multo post exactos reges.
Ob fortitudinem cerè Achilles Romanus dicitur est. *Val.
lib. 2. c. 2. & Plin. lib. 7. c. 28. & Gell. l. 2. c. 11. & Dion. Sab.
in Emead.* Appii Claudii Decemviri infidius, tantam vir-
tutem suspectam habentis, sublatus scribit.

Praelio ad Dyrrachium Cassii Scævæ centurionis scutum
est ad Caesarem relatum, ducentis & xx. ictibus perforatum.
Nec ipse Imperator id facinus est ingratis profectus, Scæva
viro fortissimo ducentis millibus aëris donato, traductoque
ab octavo ordine ad principium. *Cesar. Plutarch.* centum
triginta ictibus Scævæ clypeum consossit scribit. Tran-
quillus adhuc decem minus, humeroque & femore trans-
fixis. *Sab. lib. 7. Enn. 6. ex Svetonio.*

Artilius, seu Aclius, Caesaris miles, navali apud Mas-
siliam praelio hostilem ingressus puppim, abicissa dextra,
umbonem sinistra retinuit, eoque vultibus terrens, ut
D prostratis omnibus navem occupavit. *Plur. in Cesare.*

Q. Sertorius prima stipendia, cum Cimbrici & Teutones
impressionem fecissent in Galliam, sub Cephone faciens,
cum essent Romani fusi fugatique, equo amisso, ac concito
vulneribus corpore, Rhodanum transiit, cum ipsa lorica
& scuto adversus ingentibus undis natans. Ad eum erat robu-
sto corpore, & subacto excecitatione, incumbens ire
multis illis infinita multitudine & terribilibus minis, ut ma-
gni operis esset militem Romanum tunc illum ordines te-
neret, & dicto audientem esse duci (dux Martius erat) Ser-
torius suscepit ire speculatum hostes. Vestitu amictus Gal-
lico, & maxime communia linguae ad congressum ex tem-
pore doctus, miscuit se barbaris. Ubi praecipue necessaria
partim contemplatus est, partim accepit auribus: ad Ma-
rius est regressus. Cujus rei causa donis militibus est ho-
noratus. Bello exardescente Martico, iussus delectum habe-
re, & arma parare, studio & festinatione rei adhibita, praeter
ceterorum juvenum lenitudinem & mollitiem, peperit
sibi viri impigri opinionem. Atqui non decessit de militari

audacia, ubi ad dignitatem aspiravit duci: sed & manu
praecleara opera edidit, corporeque in certaminibus minis
parendo, alterum oculum, qui fuit cecurus, amisit, ob
quod etiam gloriabatur perperu, alios non semper strenui-
tatis circumferre secum testimonia, sed deponere torques,
hastas, coronas: sibi fortitudinis insignia permanere, quan-
do eodem virtutis suae & calamitatis habeat spectatores.
Plur. in Sertorio.

Heros quidam in exercitu Friderici Barbarossae Imp. quo
ad Iconium Turcas vicit, & Copatinum filium Clizaiflanis
cepit, Germanus, ingenti corpore, cum iter suum sequeretur,
Turcis circumventus, non magis se commovit, ac etiam
acceleravit, quam si nemo persequeretur: sed gladio unum
ex illis tam facile in duas partes secuit, & capite simul cum
equo strato usque ad tergum, ut reliqui retritii abstinentim.
H. Hennings in Geneal.

In eo bello, quo Ungari, ductu Salomonis regis &
Geyle ducis, Bohemorum impetum represserunt, Bathor
Opos, Martini F. cum Bohemo, qui gigantis instar erat,
singulari certamine dimicavit, eumque prostratum humi
obtruncavit. Qua victoria potius, apud Ungaros ita cla-
ruit, ut sibi ac suis perpetuum nomen comparaverit. Idem
eo in praelio, quod inter Salomonem & Geyslam in Ce-
meyni agro gestum est, cum Salomoni militaret, Petrum,
Geyle equitem audacissimum, singulari certamine supera-
vit: mox in ceteros adeo saevit, ut totus cruore maderet.
Salomonem fuga sibi consulente sequutus, quam is Hen-
rici IV. Imp. auxiliis instructus Nittiam obsideret, praelium
que cum oppidanis committeret, per medios hostes ad por-
tam usque pervenit, ibique complures vulneribus affecit: &
dum inter confertissimos hostes acerrime dimicavit, equum
amissit: tandem ad suos in columnam se recepit. Alemani
ejus fortitudinem Imperatori praedicantur. Qui Opum con-
fessum acciri iussit, eoque laudato & donato, Salomonem
interrogavit, An multi milites pari robore corporis & ani-
mi apud Ladislavum & Geyslam forent? At ille, multos con-
similes, ac longe meliores apud Geyslam esse respondit. Qui-
bus verbis contentatus Imp. Si tales (inquit) hostes nactus
es, nunquam, mihi crede, regnum recupetabis. *Bosfin.
lib. 3. & 4. Dec. 2.*

Starcatherus, Storverki Dani F. recens natus, senas ma-
nus habebat. Sed Thor magus quatuor recessus duas ei reli-
quit, & ne humane species limites excederet, effecti. Ohi-
nus vero magus magicis praestigis eum mutavit, & ut tres
hominum aetates viveret, concessit. Vicariam Norvegio-
rum regem laqueo strangulavit, Huglerum, Hybeniorum
regem, interfecit, aulicos ejus adulatores virgis caecavit. V. vi-
simum Rudenium, omne telorum acumen solo oculorum
obutu hebetantem, occidit: Tannam giganteum Byzanti-
num lucta victum proscriptit: Vvalse Poloniam a hlerem
duello superavit: Hamam Saxonem medium dilecuit. In-
gelli Danorum regis ignaviam luxuriamque detestatus, ad Hal-
dandum Sveonum regem sese contulit. Helgam tamen Ingelli
fortorem, quae aurifabro nuperat, ab inhonestis nuptiis
averit. Angaterum Sialandum cum octo fratribus locus
confecit. Syvardus Haldani F. paternum regnum restituit.
Ingellum ad Svertingi filios de medio tollendos, & paternam
haec ratione eadem ulciscendam, impulsit. Bello Sveticum
Ringoni Sveonum regi licentiam operam praestitit, quo Ha-
raldus Danorum rex caesus est. Olone Danorum regem H
in Balneo ex infidiis obtruncavit. Vix tandem radio, eo
auro, quod caelo Olone meruerat, Hatherum ad se trugidan-
dum permovit. *Saxo lib. 6. 7. & 8.*

Eu praelio, quo Harard, Danorum rex & Ringone Sveo-
num rege victus atque caesus est, Ubbo Freficus, promp-
tissimus Haraldus miles, ac praestantissimus corporis insignis,
praeter undecim, quos in acie vulneraverat, viginti quin-
que delectorum pugilum Sveorum interfecit. Deinde pri-
mam aggressus aciem, confertissimos hostes penè in fugam
egerat, cum Hagderi, Roideri, & Gretici, cominus insidite
veritii, jaculis emittis Ubbonem confoderunt. Centum
quadraginta quatuor corpora prius pectus praestantissimè obde-
rant, quam lapsis corporis virtus solo poplite daret.
Idem lib. 8.

Eu praelio, quo Svono II. Danorum rex ab Haraldus Norve-
giorum rege victus est in Vifza fluvio, Alfases Skyalmonis
Candidi rexem, omnibus corporis munimentis praeter scu-
tum adjectis, in confertissimum Norvegiorum ratem insiluit
querendum; quam in gubernaculi prius colligamentum exci-
derat

A derat, hostium corpora verberans, quicquid obvium fue-
rat, obrivit, ingentique verberum fragore, stupore praelian-
tium animos a propriis periculis ad virtutis suae spectaculum
defficit. Itaque fortis fuisse, quam ceteri ferro, rem ges-
sere, cuncta intolerabili modo comminens. Postremo quum
omnem navis remigem partim fuisse, partim fluctibus obrui-
set, compluribus, sed levibus plagis pettritus, ex toto ho-
stibus admirabilem solus victoriam restitit. *Idem l. 11.*

Sivardus quidam, Magni Norvegiarum regis castra secu-
tus, ab Haraldus Hyberniese, Magni amulo, interceptus
cum navi in alto mergendus videretur, remiges vino onera-
vit: Quibus exhilaratis, gubernandi potestatem supreniti
beneficili loco poposcit, adeoque navas remis incumbere
hortatus, cum vehementissimum navigii cursum animad-
verteret, praecipit in undas insiluit, & enatavit. Mox Ha-
raldum noctu castra latenter egressum, in amplexu pellicis
interfecit, dantem pœnas Magno, quem regno & viribus
& luminibus privaverat. Magnum proinde monachalibus
septis eductum ad pristinum regni fastigium erigere statuit,
adversus Haraldus filios. Hujus auspiciis, cum tribus Hal-
aldi filijs, Ingone, & Sivardo, & Osteno, paternum reg-
num affectantibus, navali certamine dimicavit. In quo in-
terfecto Magno, incredibili & praestantiori humanis viribus
fortitudine solus aliquandiu navigium ad hostibus servavit.
Compluribus eorum prostratis, cum reliqui omnes ad illum
unum opprimendum consenserent, armis militaribus tectus,
profundo se credidit, loriceam cum reliqua armatura sub un-
dis sibi dextravit. Cum capessendi spiraculi gratia fluctibus
emerisset, a quodam familiari suo proditus, tunicam, qua
se prodi suspicabatur, suum corpus aquis occultando depo-
sivit, ad extremum etiam subsculam. Ad ultimum cum hu-
mane respirationis necessitate aërem captaret, eujusdam
forte navigii gubernaculum apprehendit, eique tacitus ad-
haesit. Ceterum hyberni frigoris saevitia veluti congelatus
exierit, & in concione hostili sententia damnandus ab-
strahitur. Ubi nemine sacerdotum adhibito, qui delictorum
ejus confessionem exiperet, eam adstantibus modo
quo licuit explicavit, praefatus se emendationem ab eis de-
cretam penitentis nomine praestitutum: memor sanè, sa-
cerdotali copia non suppetente, etiam ad privatorum co-
gnitionem commissa referre licere. Magno quoque Norve-
giorum rege, quem Haraldus Hyberniese patrem adlocu-
erat, se genitum memoravit. A cuius generosissimo spiritu
etiam inter adhibita sibi supplicia non desivit. Primo si-
quidem verberibus affectus, ac deinde malleorum ictibus
artatum consorsus, scilicet ut a cunctis corporis partibus pœ-
na exigeretur, non genitum edidit, non supplicem aut tri-
stem vocem emisit, nullum dolorem indicium praebuit; sed
quasi in otio placterium delens, inter sacras praeces & so-
lemnium verborum nuncupationem, spiritum possit. Ho-
mines vindictae cupidi, non contenti in vivum se posse, extin-
ctum patibulo suffecerunt. *Idem l. 14.*

Obfidente Detthonam, Mediolanensis amicam, Fri-
derico I. Imp. Strator quidam, ut reliquos ad simile peten-
dum decus accenderet, gladio, clypeo & parva securo sum-
pta, aggerem, qui Rubiae turri altissima praeracebat, con-
focendit, ac via, qua pedem figeret, securi facta, in mon-
tem evasit, atque ad semitram turrim processit, nullis la-
pidum telorumque ictibus teritus: ibique viriliter pugnan-
do, militem etiam armatum ad terram dejecit, atque inter
D tot pericula inviolatus reverit ad suos. Cujus facti admira-
tionem Fridericus affectus, hominem ad se vocari, ac mili-
tari cingulo donatum, equitem esse iussit. Verum ille se ple-
bejum esse, atque in eo ordine manere male respondit:
quamobrem liberaliter donatus, ad contubernium suum est
reversus. *Fig. l. 12. reg. Ital.*

Nihil apud Turcos duarum legionum ex Janizaris dele-
ctarum invicid robor praestantius, atque validius cenfer-
tur. Instat enim Macedonica phalangis vim hostium facile
sustinent, atque perfringunt. Has ex nova gens delecti
uti novum sonat, primus Othomannorum Amurathes Sel-
mi proavis instituit, quibus regia praetoriorum custodiam
mandaretur. Eorum nova felicitate virtute memorabilem
victoriam, caeso ad Varnam Ladislavo Polonorum & Hun-
garorum rege, fuerat consecutus. Nec alia demum vi, quam
Janizarorum, Mahometes Byzantium, Bajazethes Metho-
nem expugnavit, quam hic propeos nuper invictos an-
tea Perlas, & equitatu plane victores, horum pedum vir-
tute profragari. Janizari periculi praerogativa, Exarcolam,
hoc est, pileum ab aurea anteriori fascia, & crillis in-
L. B. Theatr. vixit h. m. l.

signem, acinaci impenetrabilem, demissaque per tergum E
lata cauda cervicem munientem, pro galea gestata; lunatof-
que item calceos ceteris vetitus induunt. Arma corum praeter
scelopetos & arcus, quibus jam multo maxima corum pars
utitur, sunt hastae, Germanicis breviores, ferro lato, aut
triangulari, aut fuscinato, aut in thomphaeam aduncò præ-
fixa. Praeter haec gladio incurvo parvaque secure, quum
expedit, rem gerunt. Breviores togulas colore cyaneo, aut
rubro, aut prasino, ab interiore sinubria in tergum reducias
baltheis subcingunt, & terra marique omnium audacissimè
& constantissimè pugnant. *Sab. suppl. l. 4. ex Iov. Devis ip-
se Cusp. A. D. Janizari,* inquit, Imperatorem in medio duo-
rum cornuum collocant, ne forte ipse vertens terga hosti-
bus, sit causa intremecionis totius exercitus; ineuntque pug-
nam, velut in quibus torum robor exercitus constare vide-
tur, tanta animi promptitudine, ut ad nuptias intus putes:
neque tempus egrediendi praescriptum expectant, sed illud
ipsum praeveniunt, pluresque non vocati sponte veniunt,
magnam judicantes injuriam, domitiosos manere; cum
nihil habeant praestantius, atque excellentius, quam inter
hostes, enses, ac sagittas in campo mori, non domi inter F
ejulatus, atque lacrymas muliercularum. Tales namque
praelio occisi, veluti victores, beati praedicantur, ac ho-
norantur. Non igitur magni laboris est congregare exerci-
tum Turcorum Imperatori, qui missis tantum nunciis pro-
vinciarum praesidibus, exercitum congregandum praecipit.
Hi per praecorem in singulis oppidis ad praestitutum diem
adesse proclamant milites. Qui dicto audientes, mox cum
praeside suo veniunt, sine magno strepitu: non curiosè or-
nati, simpliciter cum armis solitis.

Mutpharacha Turcorum equites, admirabili virtute praes-
tantes, toto orbe conquiriti, ea conditione militunt, ut
quos velint deos impunè colant, praesentem tantum Im-
peratori operam navent. Qua liberalitate atque indulgentia
invitati, non modo Indi, Aethiopes, & Tartari extremi
gentium, idola praesca & antiquae religionis, aut caeli ma-
xima sidera pro diis venerantes, sed ex nostro etiam orbe,
Christiani nobilitate illustres, in eum ordinem recipiuntur.
Sab. Sup. lib. 4. ex Iovio.

Mamaluchi Aegyptii, viri proluxa barba, & minacib. oculis
truces, ipso toto corpore laetorosi atque flexibiles, tanta
arte pugnam ineunt, ut post primos statim hastarum ictus, G
modo sagittis, elypeo in tergum rejecto, modo ferrea clava,
interdum falcato ense, ut locus congressusque poposcere
admirabili quadam agilitate virtuteque depugnent. Equi
eorum validi atque acres, atque Hispanicis forma celestatae,
que persimiles quodque supra nostrorum hominum opinio-
nem esse videntur, tanta ingenii docilitate in primis praestant,
ut ad nutus & ad certas scellorum voces, hastam sagittamque
mordicis terra sublevarunt porrigere, hostem agnoscere, at-
que appetere dentibus, calcibus cuncta circumflectere, nec
hortere proprium cruorem, natura consuetudineque didi-
cerunt. His frenata argentea, aurata ephippia, & squamosi
operis ferrea colli & pectoris tegumenta conspiciuntur. Eques
lorica, vel thorace ferreis laminis conferto, contentus est.
Primorum ordinum equites, & quique divitibus clarus, galas
ferunt. Ceteri lineo capitis tegumento, quod pluribus im-
plicatum spiras ad elegantiam intorquetur, se satis munitos
adversus caesum ferientes existimant. Gregarii autem equi-
tes villosis purpureisque pileis, qui gravi gladiorum ictu di-
scindi nequeunt, utebantur. *Sab. suppl. lib. 7. ex Iovio. H*

Kofakki ad praetoriorum militiae genus suo absumfacti, nullis
armorum, vix contra caeli injurias, vestium indumentis,
tecti acinae & hastili uno, plerique tamen etiam flosperis
reim gerentes, ad singulos circumfidentes opprimendosque
est: itinera, loca, res hostiles explorandas: flamma cym-
bis ac trabibus trahanda: densissimas sylvas ac invia queque
penetranda cum levitate armorum, fitis, famis, ac labo-
rum tolerantia, tum usu atque exercitatione plurimum valent,
ceterisque ferè omnibus praestant. *Rein. Heidensten.
lib. 4. belli Moscoviticae.*

Militum Templariorum, Joannitarum, Teutonicorum &
similium apud Christianos, exempla pote ex Tit. Militum sa-
croorum ordine illius Religionis, hic Fortitudinis habetur ratio.

Duo fratres germani in Moldavia, Struloviczi dicti, Equi-
tes Poloni, ab exercitu suorum abierant cum quinquaginta
commilitonibus, inscii in multitudine Vvalachorum inci-
derunt: a quibus undiq; circumventi, in primo congressu unus
occubuit, alter verò strenue dimicando evasit; sed caedis fratris
germani recordatus, in exercitu Vvalachorum conversus, acies
L. 11
corum

A eorum fortiter disiecit, & quamvis evadendi facultas iterum ei pateret, tamen honestius cum fratre occumbere, quam effugere maluit. *Guagn. in descript. Poloniae.*
 An. Salut. reparatae 1397. Vitoldus Lituaniae dux ab Edigamagni Tamerlanis duce in campis tribus Tartariae victus est. Ibi Melchius Polonus, ne turpiter fugeret, in medios hostes irruens perit. *Guagn. in descript. Lituaniae.*
 Valens Ferdinandus Caesar iterum Gaditanum nomine regis Lusitaniae Emanuelis an. Sal. humanae 1322. non magno quidem militum numero, sed magna virtute tuebatur. Cum verò ad illum biremis accedgeret, navarchus illum admonuit, quatuor naves Britannas unam navem Lusitanam cepisse, quam secum è pretoria navis puppe alligatam traheret. Caesar sine cunctatione ulla in eas cursum instituit, quas post Calpe montem conspexit: & cum navem pratoriam ab aliis disjunctam esse cerneret, in eam navem suam incitavit. In hoc praelio Caesar septem ex suis amisit, & multi praeterea fragmentis scutum, quae hostium tormenta dissipabant, erant gravissime sauciati. Germanus quidam propeo corpore, & animo satis acri, ad mortendum, si opus esset, praeparatus, xv. vulnera acceperat, è quibus plurimum sanguinis emanabat. Quae Caesar admonuit, ut à pugna tantisper abscederet, dum vulnera obligaret. Ego, inquit, non prius hinc discedam, quam aut moriar, aut hostes impotunos vela dimittere compellam. Deinde tormentum humero sustinuit, & socium ignem applicare jubet: quo facto navis amamenta ea patre, qua antea malo alligata, dissipavit, malique partem praefregit: cum hoc iterum, atque tertio fecisset, magnum Britannis terrorem iniecit. Alios deinde Germanus, globo à proa in puppim immisso, multos interemit, & puppis partem dilaceravit. *Or. l. 2. rer. Emanuel.*
 Garfa Sala, qui Malsae praerat, navem unam armis & munitionibus, & valido militum praesidio diligenter instruxerat, illicque Emmanuelis Paesicum praefecerat, ut oram, quae inter Pacemensem & Axemenicem portum interest, summa vigilantia seculararet, ne comestatum illum in urbem Pacemensem, quae Lusitanis rebellat, importari, neve conquam in altum piscandi gratia evehit liceret. Id Paesicus non fecerat executus est. Verum, cum aquae recentis desiderio teneretur, scapham in terram propius urbem misit. Ea autem, praeter remiges, quinque Lusitani vehabantur, qui in fluvium subvecti, aquationem fecerunt: deinde secundo fluvio navem repelebant: cum ex improviso hostes innumerabiles utramque fluvii ripam occuparunt. Tum lapidum atque sagittarum multitudo, grandinis instar, in Lusitanos decidit, ut maximum vitae discrimen adiret: quitamen parvis tecti, cum totis viribus scapham incitrarent, è ripis emerit, in altum vecti sunt. Sed cum restus esset advertit, & ventus eos defecit, tres naves humiles quidem, sed valde longa, multorum militum capaces, quae remis impelluntur (e incolae Lancharas appellant) armis & valido militum praesidio munita, quibus multi nobiles homines vehabantur, scapham consequuta sunt. Lusitani obstinatius animis decrevere mori potius, quam servitutem pati. Deinde cum omnem suam spem in Christi nomine collocarent, ad pugnam se comparant. Unus ex quinque viris tonfor erat. Is cum esset viribus summis & animi singulari alacritate praeditus, navis praetoriae, quae reliquas antecederat, & in scapham invaleat, proam manibus arripuit. Quatuor reliqui in navem conscendere, quos ipse consequutus fuit; tantoque impetu in hostes irruere, ut multi se metum in mare deicerent. Dux suis à tergo colle distracto terrore instabat, & motem illis, nisi fortissime pugnant, minabatur: Et cum nihil, neque exhortando, neque militando proficeret, quatuor occidit: erant adhuc hostes accipere metu distracti. Qui etiam Lusitanorum impetum sustinebant, ab illis credebantur: illis qui fugiebant, erat manibus ducis sui mors necessario subeunda. Tandem postquam aliquo spacio fuit utrimque dimicatum, omnes hostes aut ferro concisi, aut fluctibus demersi sunt: Tantus enim illis terror iniectus erat, ut se in mare demitterent. Ipeque dux molis prius vulneribus acceptus, se in mare praecipitem dedidit. Erant autem supra 150. qui nave illa vehabantur. Reliquae duae naves, cum prima calum oculis adpexissent, metu perterritae constitunt. Sed eo tempore Lusitani erant ita labore debilitati, & vulneribus confecti, ut nullas ad resistendum vires haberent. Sed eodem tempore, quo fuerant in praelio confirmati, ut tam admirandum facinus ederent, hostes exterriti sunt ita, ut eos aggredi non auderent. Navis hostium, capta, remulco ad navem primam, deinde

Malacam perducta, & in terram subducta, & integumentis coniecta fuit, ut diutius permanceret miraculi suspensum monumentum. Rex Pacemensis hujus admirandi facti terrore percussus, pacem contumpe petuit. Nomina quatuor hominum, per quos hoc facinus editum fuit, haec erant: Joannes Almeida, Antonius Pazagna, Antonius Vera, Franciscus Gramaxus. Tonforis nomen artificum ipsius occulavit. *Idem.*
 Galactus Sanfeverinus Gallica signa secutus, dum singulari peritia huc & illic adacto equo hostes Caesarianos in pugna Papiensis submoveret, & praclare decerit, in conspectu regis cadendo, quod regis gratia & famae in seipsum nocebat, debet, honesto vitae exitu perfolvit. Cum procumbente equo laberetur, proximum sibi Guleimium Langeum illustrem equitem, in supremo casu opem ferre, cupientem appellans: Sine me, inquit, fili, fato meo fungi, & quam celerrime potes, hinc ad subsequendum regem recurre, nominisque mei & honesti exitus memoriam, si evades, pie amiceque colito. *Idem. in Pistorio. l. 6.*
 Quom anno 1549. Ferdin. Austriae copiae, quibus Guleimius Rogendorius praerat, Budam obfederent, & Turcae obsessis auxiliis venissent: equites utrinque pari alacritate pugnare ciebant, quom propiussumis quisque aut paulo nobilior eques, ad ostendendam virtutem, ac ad veritatem parvam sibi eum, qui armis ac insignibus conspicuus observaretur, ad singulares conatus provocaret, usque adeo jucundo pugnae genere, ut militati comitate per aliquot horarum inducias, cellaribus bona fide sclopetarius, ut vera virtus emmeret, hastis tantum & gladiis certaretur. Erat inter germanos duces insignis Rauciacus Saevus: hujus Filius impiger adolefcens, quem gnaro patre in aciem prodiisset, strenueque decerans, spectante ante alios, atque admirante virtutem patris, à cunctis vel ignotis effuso laudaretur, primumquam se expleret, à circumfusis hostibus est interceptus. Tum verò Rauciacus casu equis vehementer commotus, ignarusque suae sortis, convertit ad alios duces: Omni inquit, laude perornandus videtur hic, quicquid sit, equitum longe fortissimus, ac omnino publici funeris honore tumolandus. Id quom ab omni pari pietate probaretur, infelicis filii ad longè micram patrem cadaver est relatum, veterisque tam omnibus obiter sunt lachrymae. *G. sed in parte repetuntur dolot profundius ad vitalia pervalic: atque ita ille paulo post, quom regentibus oculis restitit, nihil effatus, meruit. Idem. l. 39. Hist.*
 FORTIUM BELLI DUCUM COMPARATIO
 INTER SE.
 Egimus haecenus de Ducibus & Militibus fortibus, per se singillatim consideratis. At quom raro soli contra hostes rem gerunt, eorum qui fortitudine inter se eodem loco, atque tempore, contra eosdem veluti certant, hic ratio habenda.
 Ex ecc. iis, qui ad Thermopylas pugnarunt contra Xerxem, Spartani, praestantissimi fertur fuisse Dienece: qui cum à quodam Thraciano audivisse, Barbaros sagittis suis solem obducituros: Rectè ais, inquit, ergo in umbra pugnavimus. Secundo loco Palram meruere duo fratres, Alphens & Maron, Orsiphanti Fr. B. Thespiensis vero, qui Spartani strenuè auxilia tulerunt, Dithyrambus Harmatides. *Herod. l. 7.*
 In pugna navali ad Artemisiam contra Xerxem feliciter gesta, è Graecis praestantissimi extiterunt Athenienses, & inter Athenienses Clinias Alcibiadis filius, qui domestico sumptu ac propria navis cum eo viris militabat. *Herod. l. 8.*
 In pugna navali ad Salaminem, è Graecis optime audierunt Aeginetae, secundo loco Athenienses. E viris Polyctus Aegineta, Atheniensis fuit Eumenes Anagyrastus, & Amibias Palleanus, qui navi sua in Artemisiam regina incurrit: cui implicitus cum haeret, ne alitrah posset, ita ceteri, venientes auxilio, conserui sunt. Et hoc fuit initium pugnae. *Herod. l. 8.*
 In praelio à Mycalem Jonis contra Perfas feliciter gesto, praestantissimum inter Graecos operam navarum Athenienses, & ex Atheniensibus Heemolycus, Euthem. Fuit in Pancratio celebris: cui post conuget, ut bello inter Athenienses & Carythos, in pugna apud Cynnum agri Carythii facta, casus in Geresio jaceret. Secundum Athenienses egregii extiterunt Corinthii Trazenique, ac Sycionii. *Herod. l. 9.*

In

A In pugna ad Plataeas à Graecis contra Perfas commissa, inter Barbaros strenuissimi extiterunt, è peditibus quidem Perfas, ex equitibus autem Saça, è viris Mardonius Imp. Inter Graecos Tegeatae & Athenienses multum excelluerunt, tum multo plus Lacedaemonii. Inter Lacedaemonios praestantissimus extitit Aristodemus, is, qui solus trecentorum ex Thermopylis, quod evasisset, dedecus ignominiamque acceperat. Secundum hunc navare operam Posidonius, & Philoeyon, & Amophlarensis Spartiata. Quamquam cum sermo haberetur, quoniam praestantissimus extitisset: ii Spartiatae, qui adhaere, censuerunt, Aristodemum, etsi praecleara facinora edidit, tamen ad eludendam eam, quam contraxerat, invidiam, ordinem deseruisse, & propalam mori voluisse: Posidonium vero, qui petire noluisse, ob id extitisse fortiorum virum. *Id.*
 In praelio, quod ad Thermopylas factum contra Gallos gesserit, Atheniensium imprimis virtus enituit: ipsis verò Atheniensibus antecelluit Cydias, qui petadolefcens, ac planè tyro, prima bello militaria rudimenta posuisset. Ejus à Gallis occisi cum hac inscriptione, propinquum scutum Jovis Liberatori dicarunt:
 Cydias erat parmae haec juvenilis corpore clari,
 Hesperes quam sacrum conspici esse Jovi:
 Huic cubitum infernis flammato corde sinistrum,
 Cum premeret Mauros armipetens Galatas.
 Manse ita infestipio usque dum L. Sylla milites & alia Atheniensium insignia, & scuta à Liberatoris Jovis porticu sustulerunt. *Paus. in Phocis.*
 BELLICIA POLITIA CONSIDERATA RESPECTU EFFICIENTIS PRINCIPIS. Hae pertinent EXERCITUS INTERFER CONSIDERATUM SECUNDUM PARTES. QUO AD ARMA.
 Ex Aliani. *Herod. l. 2. Copiarum, duplex est generum ratione loci. Alterum Nauticum, duabus navibus, eorum qui mari, aut fluvio classem instrunt, alterum terrestre, duabus partibus, eorum qui terra pugnant. Horum rursus pars altera ad pugnam est inepta (talis est multitudine medicorum, mercatorum, caponum, luxuriam, calonem: πλῆθος ἀναρχῶν) alia apta, ipsorum scilicet militum. πλῆθος μάχης. Hi rursus rursus dicuntur, pedestres, vel proprie, vel improprie. Proprie, qui pedibus suis per terram iter faciunt, πλῆθος πεζῶν, & sunt in triplici differentia, ratione armorum. Alii οπλίται, Pedites gravis armaturae, qui Macedonico more rotundos clypeos & longas gerunt lanceas, quas vocant sarissas alii περσικαί, Peltrati, mediis inter hoplitas, & velites, peltram gestant scutum breve & lunatum, lanceam multo brevioris sarissae, qua etiam eminus javantur possunt uti (Sic Xenophon Perfarum adolefcensibus περσικὰ, hastilia tribuit duo, cum erant loco scuti, & gladios duo inquam, ἀσπίδα ἀπὸ τοῦ ἀσπίδος ἀσπίδα ἀπὸ τοῦ ἀσπίδος ἀσπίδα) Alii denique ἄρμα, Velites levis armaturae pedes: qui neque thoraces, neque scuta, neque ocreas habent, sed sum deorsum, eminus pugnant, ἐπιπέλας, vel sagitta, vel javalo, vel saxo, vel funda. Improprie vero πείθιστοι, alii pedibus iter faciunt, πλῆθος ἰσχυρῶν πεζῶν (pedibus inquam vel Elephantinis, vel Equorum, tum jugatorum ad currum (ἀσπίδα) tum Sequum non jugatorum ἀσπίδα) Sic rursus armorum ratione alii sunt equites παρασκευασταί, qui è ipse quoque thoracibus & reliqua omni armatura contigent, alii καὶ ἀσπίδα, Levis armaturae. Et hi vel sunt δορῶντες, qui lanceas gestant, & cominus inter se pugnant (quorum alii scuta gestant, δορῶντες, Scutati equites: alii soli lanceas utuntur, & δορῶντες in specie, ab aliis δορῶντες, Contati dicuntur) Videntur autem vel laculis, δορῶντες, Ταρῶντες, Tarentini equites (alii quidem & proprie, qui ἰσχυρῶν πεζῶν, Iaculatores equites, qui eminus tantum pugnant: alii improprie, ἰσχυρῶν, Levis armaturae, qui eminus missis javalis, mox etiam cominus pugnant, ut hastiati) vel sagittati, & δορῶντες, Sagittarii equites, ab aliis etiam Scythae dicuntur.
 Numerum, Contubernium.
 Militum Rom. ordines in acie instrueda, alios minores, nonnullos majores descriptos fuisse tradunt: quod facilius cuius ordinis quisque miles, cuiusque manipuli esset, & sub quo duce militaret, dignoscere animadvertique posset. Idem Imperatores singulas centurias ex centum peditibus, decurias verò ex decem equitibus scribere solebant: ut hac militum descriptione, distinctior acies & instructior fieret. Hec & seq. *Alex. ab Alex. l. 5. c. 1. Genid. dier.*
 Oed militaris, minor centuria, majorque decuria, ex L. B. Theatr. v. s. h. m. Tom. I.*

sexaginta militibus constat, cui praerat vexillarius, ple-rumque centurio, aut ordinis ductor.
 Manipulus levis ex xx. militibus, & turba scutorum fit Perfas ex xxiv. militibus Manipularem appellat. Hic etiam centurio praerat, quem Manipularem vocitant. Manipulus verò xv. suis intervallis distinctos, in prima acie velut fortissimum robur plerumque Imperatores locarunt: levisque manipulus dicitur, quod hastis miles gestique, non armis gravioribus maniretur.
 Turma quasi turma, xxx. equites, hoc est, tres decurias, & decuriones tres vetulo more recipit, qui honore praerant & ordine. Ex tribus enim centuriis Rameni, Tieni & Laceri (quas à prima origine ad belli pacisque munia Romulus instituerat). xxx. equites singulis conficiendis turmis scribere solitus fuit, exque ea lectio turme constituta. Sed turma ex equitibus, centuria fit ex peditibus. Has quoque Tribus veteres nuncuparunt: & qui his praesunt, Tribuni vocati.
 Primpilus ex tribus vexillis constat, qui centurionem habet, cui primipili nomen, qui ordine primus erat: siquidem centurio primus, & primipilus, ac primi ordinis ductor, idem fuit: Post quem ductor popularum, in Rom. castris saepe meruit & ordines duxit.
 Vexillum ex 180. tribus hominibus fit. Horum primum Triarios habet veteranos, & summae virtutis milites secundum Rorarios, fiducia paulo minoris: tertium verò Accensos, qui minimi roboris, vel in fronte locati, primis congressus excipiebant, vel in postrema aciem rejicebantur.
 Cohors alia militaria, ea 1500. pedes, equites verò 122. habet. Cujus generis cohortes, quod ex lecto milite constabant, ad subita belli, quo lapsam aciem repararent, servare soliti sunt. Alia quingentariae, quas ex 550. peditibus, equitibus verò 66. peditibus describere. Ex quibus nonnulla consulares, alia praetoriae, alia urbanae, multa legionariae, istaeque auxiliares dicte. Cujus generis cohortes numero 10. nullam efficiunt legionem. Tametsi cohortes quinqueagenarias apud Latinos, Samnites & Heticos, & apud Camertes, 600. militum quandoque descriptas legamus, quas in centurias, centurias verò in contubernia, nonnunquam duces diviserit, ut x. militibus ut tabernaculo degentibus praesent ut, qui contubernii caput foret, ipseque cohabitatio Contubernium dicitur.
 Cyrus contubernia pro numero centurionum divisisse narratur à Xenophonte. l. 2. *Padie*, singulique tabernaculis c. milites cohabitare soluisse, qui uno convictu viverent, & sub eodem centurione militarent.
 Lycurgus ad maximos conatus, turmam quadratam ex quinqueaginta equitibus fecit, quam *δρακόν* vocavit: qui etiam equites ac pedes in sex tribus divisit, quarum quilibet tribuum militum, & quatuor praefectos manipulares habuit, quinqueagenarios quoque, duces turmarum 16. Ex quibus tribus aliquando tres, nonnunquam sex turmae pro necessitate constituebantur. Inter ceteras fuit Sparta cohors Piraneta, praecipui roboris, quae ultimo dicitur, & ad extremos casus servabatur.
 Tametsi centuria, decuria, cohortes equitatus, pro voluntate, proque arbitrio saepe aucta & imminuta, nonnunquam duplicatae fuerint: idem tamen nomen, quamvis mutato militum numero, fortasse fuerit.
 Legio non uno semper eodemque numero fuit: sed pro robore militum; multitudine, modo major ampliorque, modo exilior esse soluevit, saepiusque numero & genere variavit. Romulo primum regnante, legio expedita 3000. peditibus, equitibus verò 300. fieri coepit: quam quod ex lectis militibus coeferat, Legionem appellari maluit. Aucta mox civitate adventu Sabinorum, & crescente imperio, 6000. peditum, equitum 600. legionem fieri coepit. Plur. auctor est: consuetudinem amplissimam moverit, nisi quod à C. Mario primum, cum adversus Cimbrorum moliretur arma, 6000. peditum, equitum verò 300. descriptas fuisse, T. Livius memorat. Scipio deinde, cui Africanus fuit cognomen, cum in Africam trajiceret, duas Cannensis exercitus legionem ita supplevit, ut singulae, 6200. pedes, 300. habentes equites: saepiusque in describendis legionibus variatum fuit, ut modo 4000. peditum, equitum verò 300. legionem ferent: in modo 5000. pedes, equites 300. in singulas essent legiones.
 Legionibus Rom. duces ob varios eventus nomina indidere. Siquidem C. Caes. Martiam & Alaudam praecipuas nuncupavit, Decimam maximo in honore habuit: reliquas verò

Lil 2. anu.

A a numero dixit. Nero ad Caspias portas ducturus, 6000. militum legionem fecit, quam Phalangem magni Alexandri appellavit. Otto præcipua legioni, auxiliariis nomen dedit: Vitellius, rapacis: Varro, uni vernacule: Pompejus, gemella, quod ex duabus unum effecerat. Hadrianus Mineriam, alii primigeniam, nonnulli classicam, plerique Italicam, septimam, Gabiniam, geminam, Vindemissam, Claudianam vocitarunt: Valerianus felicem, Samnites lineatam. Græcis verò Hipparchia ala fertur præcipua, quæ ex quingentis duodecim constabat equitibus, & alia Agena: Macedonibus Hæterica. Apud Romanos Scriboniana & Singularium. Antiochus Gemmeam, mille equitum alam vocitavit. Inter quos ala Campanorum quingentis ferè equitibus multum antea fertur.

Illud planè constat, veteres Romanorum perrarò, & nisi contra maximos conatus, plures quatuor legionum exercitus scripsisse. Atque in iusta legione centurias sexaginta, manipulos triginta, cohortes decem ponere consuevissent.

ORDINES.

B De ordinibus militum Romanorum, & exteriarum, Alex. l. 6. c. 22.

Romanus exercitus idem partibus omnibus, eodemque revocato undique robore prælati poterat: prima acie quasi capite, ut cornibus tauri, atque apri dentibus: media tanquam pectore, ut vulvures: extrema velut unguibus & calcibus, ut leones & equi. Denique si hastatus prima acie victus esset, receptus inter principes & triarios, poterat acie secunda tertique iterum decerare. P. Ramus l. 12. præm. Math.

Omnia præter animos Romanis Latinique in acie conformia fuerunt. In prima acie Hastati erant, quindecim manipulis inter se parum distantibus, & in his levis armaturæ milites, qui hastas tantum habebant & gela. Principes inde post hos locati robustioris ætatis. Hi scutati omnes, insignibusque armis instructi. Erat ad triginta manipulorum agmen, Antepianos appellabant. Postremo loco xv. ordines locati erant. Habebat ordo sexcentos milites, & duos centuriones. Unusquisque ordo in tres divisus erat partes, quarum unamquamque Primumpilum vocabant. Hastati omnium primi pugnam inibant. Qui si hostem proficere nequissent, mediis ordinum intervallis retrò abeuntes, inter Principes se recipiebant. Erant tum Principum certamen, quos Hastati nuper pugna egressi sequebantur. Friarii sub vexillis confidentes, sinistro crure porrecto stabant, scuta innixa humeris, hastas sursum in terra fixas tenebant, velut vallo quodam inhorretet acies. Si apud Principes parum prospere dimicatum esset, à prima acie ad Triarios retrò abibat, inde proverbium vulgò percrebuit, quam in re aliqua laboraretur. Res ad Triarios redit. Triarii confurgentes, Hastatis & Principibus inter ordinum intervalla receptis, densò agmine hosti occurrebant: terrori erat nova repente acies oculis oblata, ac cæteris multò horridior. Habuit Vexillum centum octoginta tres milites. Ordo verò sexcentos, utpotè qui tria haberet vexilla. Legio à principio quaterna millia, mox quina, postremò ex senis millibus & amplius facta est. Sab. l. 4. En. 1. ex Liv. Decad. 1. l. 8.

DUX, IMPERATOR, DUCUM MILITARUM

ORDINES, GENERA.

Apud Græcos, nisi præconibus adhibitis, legatos minime hostium fines ingredi decebat, neque legationis munere fungi quonquam, nisi prius insula aqua ab eisdem manus abluisse. Jovique coronatis poculis propinassent. Alex. l. 5. c. 3.

Consules designatos, cum primum provincias sortiti essent, Legatos sibi nominare, velut comites expeditionis, & adiutores negotiorum, quorum ope consilioque niterentur, quique ipsorum vices gererent, quoties abesse contingeret, vulgò notatum est: qui, sicut duo erant consules ipsi, duo pariter fuere. Unusquisque ergo consul suum legatum habebat (sæpè etiam plures, pro negotiorum magnitudine) quo præcipuo consilulore ac ministro consiliorum, in rebus gerendis delectuque habendo, totaque administranda provincia utebatur: quorum consilio & auctoritate, vel prælia suscipiebant, vel bello ablinebant: qui etiam decreta consulum & arcana consilia sèpissimè exequabantur cum fide & cura. Consulibus functis, consulu & finito magistratu, legatos, velut legationis munere functos, honore abire oportebat. Legati autem plerumque ex plebe aut patribus, nonnunquam prætoris, aut consularis fuere. Etiam prætores urbis, quique antea consulatum gef-

sisserit, & magno bello viros sanctos honoribus & triumphis, homines fideles acceptoque, legationis munere fungi comperimus: illorumque procuratore & cura provincias ab hostili incurru defensas, & sæpè in officio retentas fuisse, quorum etiam auctoritas tam in administranda provincia, quam ducendo exercitu, acieque instruenda, & quando essent ad motum copias, tanti fuit, ut absentibus vel impeditis consulibus, summam imperii tenerent. Consilio quoque & fortium factorum, ac merita virtutis & ignavia conjuncte qua cura, qua fide & diligentia, quaque disciplina militari duces exercitui & castris præfuerunt, si quid fictum vanumque aut parum integra veritate afferrent, locupletissimi testes erant: soli denique gesta consulum diligenti æstimatione pendere & pensitare debebant. Tum consulibus laborantibus, aut morbo implicitis, vel fato perfunctis, ipsi supereffe, & munia obire poterant: namque ipsorum erat officium, fiduciam reipub. operam dare, post consulem prætorumve: non tamen idem juris & potestatis habere, ne imperatorias sibi partes vendicarent; liquidem legati munus est, omnia ad præscriptum imperiumque consulis agere: Imperatoris verò, summæ rei consilulore, & liberum tenere imperium, eo consuluore & ministro. M. Claudius Legatus contra literas L. Corneli consulis, de pugna adversus Bojos ad senatum magnificè scriptas, privatim de consulis negligentia pluribus per literas significavit, quæ illi mox exitio criminique fuerunt: namque illum criminando effecit, quò minus L. Cornelius de Bojis triumpharet: ipsulque denegati triumphi, testimonium legati, præcipua causa fuit. Quamquam Cn. Manlius, contradicentibus decem legatis, in crimen adductus, acta per se causa in senatu, crimine absolutus, de Gallogæcistrimphavit. Quiniam si quid per legatos in provincia absentibus consulibus, & dum eorum vicem gerunt, fortiter ac dignum laude & triumpho gestum foret, poterat sine consule solus legatus suo jure & merito triumphare. De Parthis & Pacoro Vantidius M. Antonii legatus, sine Antonio, licet novo exemplo, triumphavit. Cæsus etiam Marius legatus Metelli consulis, ipsum criminando, effecit, ut posthabeto Metello, de Jugurtha triumpharet: ante cujus curam cum duobus viris ductus est in triumpho. Quinetiam patrem filio legatum fuisse, & fratrem facti, sèpissimè comperit. Q. Fabium Maximum, Q. filio consuli legatum adversus Samnites ad Suesulam obviam produsse, & cum experiri vellet, an sciret consulem agere, iussu ab eo, obsequium præstitisse, & equo descendisse, auctores memoran. Publum quoque Scipionem, cui Africano fuit cognomen, Scipioni fratri adversus Antiochum consuli destinato, legatum venisse: tantumque auctoritate effecisse, ut victo Antiocho, & pace Eumæni concessa, frater, cujus legatus venerat, de Antiocho & omni Asia triumpharet, ob Africamque ad se victam, Africatis cognomen reportarit. Illud quoque notatum est, quoties consuli prorogatum fuisset imperium, etiam legati munus ad id tempus diffundi sæpè & prorogari. Animadvertumque & illud, à primis originibus legatum proconsulis sine equo ingredi consueffe: postea verò à Severo institutum, ut in vehiculis sederent, & sine morte obita, sine casu, legatus in provincia esse desisset, legationis munus solum consulem sine senatu dedisset: ipsumque consulem, aut senatum unum pluresve legatos Imperatori impedito, qui vicem suam gererent, & rebus gerendis sufficerent, sèpissimè creavisse, comitesque expeditionis dedisse. C. Cæsar Imp. C. H. jus in re militari præcipua virtus fuit, dum contra effretas gentes bellum parat, decem legatos consilii locios decrevit senatus, quibus adiutoribus & ministris magnas res gessisse fertur. Pompejus quoque bello piratico, contra tot prædones & communes hostes, omni genere rapinarum gradus, quum solus superesse nequirer, quinque & viginti legatos accepit: tametsi aliquando solus ipse legati munus obiret. Q. etiam Fulvio consuli, gravi vulnere affecto, quum exercitui & castris præesse nequirer adversus Hannibalem, ex patrum decreto tres legati additi fuere. Quinetiam in expeditionem iturum consulem, plures & ultra sex legatos comites duxisse comperit est, quibus lidores cum sacibus pro munere dignitate publicè dabatur, qui illis velut publico magistratu præcedebant. Subsequenti postea temporibus, in tantum legatorum munus processit, & ad id fastigii devenit, ut quoties laborantibus provinciis subsidia mittenda forent, si quid publici privati que negotii maneret, ubi plurimum laboris & periculi impenderet, ea frequens denatus per legatos decerneret, illique provinciam administranda-

munus

A munus curamque delegaret, quæ libera dicta legatio est: nam soli præfeci, centuriones, decuriones & legati præesse consueverant. Est quoque illud animadvertere, leaque militari sanctum, ut miles sibi centurioni, centurio tribuno, tribunus præfecto castrorum, præfectus legato, legatus consulis pareat imperio: Consul autem & magister equitum, sicut reliqui magistratus, dictatoris iussu & potestati subest. Claudius verò Cæsar militiam ita ordinavit, ut post cohortem alam, post alam, tribunatum legionis daret: quam militarem institutionem à Lacedæmonibus fluxisse crediderim, à quibus reliqua Græcia morum duces, veluti rei militaris expertissimos, petebat: quibus in more fuit, per gradus, majores duces minoribus præfesse, & ne turbatis imperiis confunderentur, munia distincta mandare multis. Nam cum rex apud eos summum gerat imperium, post regem fuere duces, proxima dignitate tribuni, post tribunos, centuriones: deinceps decani. Ita ut cum generalium rerum cura & procuratio multis incumberet, in exercitu vix quispian mediocri prudentia vite, sine honore aut imperio foret. Alex. l. 1. c. 5. Gen. dierum.

NUMERUS.

Apud Rom. Tribuni milites potestatem consulari documento fuere, ut Livius tradit, quum plurium imperium bello inutile esse. Consimiliter L. Paulus ac Terentius Varro adversus Annibalem: Christiani principes adversus Turcarum regem: Græcorum duces adversus Philippum, magno suo damno experti sunt, nihil à pluribus rectè imperari posse. Itaque Græci & Romani, cum grave bellum aut seditio civilis Romæ perturbaret, ad unum Dictatoris, aut Archi, aut Harmostæ imperium, velut ad sacram anchoram, confugebant: ut sæpè Florentini, Genuenses ac Veneti extremis Reip. temporibus summum imperium belli ac pacis uni Imperatori petmiserunt. Iov. Bodin. Method. hist. c. 6.

MILITES. HORUM GENERA. UNIVERSIM.

Apud Ægyptios milites dicuntur Hermotybies, & Calastries: quorum illi ad 160000. numerantur, hi verò ad 250. millia virorum. Inhabitantes autem certas plagas regionis, neque ulli alteri artificio, præterquam militari, operam dant, filio descende à patre. Herod. l. 2.

In militia delecti ex Persis numero 1000. dicebantur Adavæ, immortales. Quoniam si quis eorum aut nece, aut morbo numero minuisset, confestim subfitebatur alius: nec unquam plures erant paucioresve. millibus. Erant item præcipuo inter omnes culti decori, & iidem omnium præstantissimi. Illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicaque tunicas, gemmis etiam adornatas. Memoræ produnt ex Græcis nonnulli, rōi dāvatōs, hoc est, immortales Theodosio imperante redactos in nihilum ab Ardaburo. Ex hisce verò immortalibus virtus, mille seligebantur, optimis quique, Melophoros vocabant, quod hæc prælia gestarent mala atrea: adoryphoria erant hi, hoc est, fatellulio fugebantur. Cal. l. 1. c. 1. ex Herod. l. 7.

Principes dicunt Romani robustos, & integre ætatis: juniores & tenuiores, Grosphomacos seu Velites, qui gladium & pilum gerunt: seniores, Triarios & Hastatos, qui priores sunt principibus. Suid.

Æthiopi principes (quem Presbyterum Joannem vulgò dicunt) decies centum millia hominum ad bellum instruit. Sunt in tota gente familie stipendiariæ, in quibus orti signo erucis velut cæterio insignuntur, cure leniter incisa.

Tarrari Comanos, teste Haitono, subegerunt. Fuit autem Comana Carthæniæ urbs. Est Cathæniæ Cappadociæ propemodum in sebra, sitque olim gentis ejus caput, atque affatorum numine, sacrorumque multitudinem servorum valde insignis. Strabo Gnosius ad Cappadociam pertinere Cathæniæ significare videtur: plantis ingens, Armano & aliis montibus undique septa. Id satis constat, supra sex millia servorum Comana fuisse olim, quæ circa dea templum agitabant. Comani bello capti, quum vulgò à Tarrari venderentur ac vilissimè, ut fama ferebatur: per negotiatores, qui eò navigare iussu sunt, ingentem vim servorum Melechala Sultanus in Ægyptum accessit. Quos L. B. T. beatr. vitæ hvm. Tom. I.

diligenti cultu & ad bellica & urbana munera instructos, ita complexus est, ut omnium aliarum gentium opera repudiat, per hos regnum domi forsiquè administraret. Comani igitur servi, rege interfecto (quæ cades incidit in id tempus, quo Ludovicus Francorum rex bello capus in Ægypto custodiebatur) unum ex conservis & Torquemum nomine, sibi Sultatum & regem creavit. Is motus facultatem Ludovico præbuit se & suos commodius redimendi, & Ægyptus terra olim nobilis, per hunc modum, servorum serva facta est. Cairum regiam urbem pars multò maxima colit militum, ut prædò sint Regi, quum opus sit: quinque millia circiter sunt, nec amplius, in quibus situm est omne militiæ robur. Hi Mamaluchi dicuntur, quasi Regi subditi. Prædia à rege accipiunt. Horum quique multos numero habet servos, quos ad bellum disciplina & armis instrunt. Sic fit, ut servi apud servos servitutem serviant. Annuum militis stipendium aurei numi centeni vicini, & donativum à rege, si ad externum bellum eatur. Sab. l. 5. En. 6.

Sunt diversa apud Turcos militum genera, Thimarci, Janizati, Assapii, & Accangi. Quorum hæc est ferè diversitas. Thimarci sunt milites equites omnes, quibus ager ab Imperatore attributus est, unde ipse cum quatuor militibus loricatis vivere possit. Quandoquidem Thimar apud eos intelligitur ager unus, de quo quandoque milites vivunt ex decimis, per subditos provinciarum, de domibus & omnibus terræ nascentibus frugibus datis, quamvis agri æquales non sunt. Est enim aliquis, qui in viginti, alii in triginta aut quadraginta Thimar dividi possit; ab uno tamen possessus. Sed pro magnitudine agrorum, agri ac proventuum, talis possessor equites five milites tenet. Sic computatis agris majoribus & minoribus, qui habentur in Romania, numero sunt quatuor millia & quingenti. In Natolia verò cum sint quinque millia & quingenti Thimar, sunt vngintiseptem millia & quingenti milites. Ex quibus omnibus Thimar, in Natolia scilicet & Romania, resulant quinque millia milia equitum, qui omnes obediunt suis præfidibus, & semper stant parati ad bellum. Nec aliud alimentum habent, quam ex agris illis. Tam præclarè barbari homines imperio consilere norunt. Alterum militum genus est, qui Janizati dicuntur. Omnes enim pedites sunt, & ex stipendio Imperatoris vivunt, & Imperatori semper G assant. Major pars horum est ex Romania, & ab origine Christiani. Quia semel in triennio, vel (ut alii asserunt) semel in quinquennio fit delectus per totam Romaniam, ut colligantur sibi subditorum quasi decimæ. Hi in Natoliam missi, lingua & Turcorum ritibus inveniunt: cum pueritiam annos attigerint, armis exercitantur. Magis strenui ac exerciti, pro custodia Imperatoris deputantur, pedesque fiunt. In qua quidem custodia penè semper sunt numero novem aut decem millia. Quorum capitaneus Agga dicitur, magnæ auctoritatis. Inepti verò militiæ, deliquit ad custodiendas arcas ac munitiones: quorum sunt circiter triginta millia, qui obediunt suis Dazdatis, hoc est, castellanis, viventes ex stipendio. Sunt autem Janizati five Prætoriani, munimen ac robur Imperatoris, eique obsequiosissimi, timenturque ipsum contra omnes tumultus ac leditiones. Assapii verò sunt milites gregarii, minus exercitati ac pretio conducti. Quorum alii sunt pedites, aliqui equites: hi etiam classem maritimam intrant, habentes pro stipendio vitum aspera quinque per diem, quorum 50. ducatum aureum faciunt. Et possunt esse tam Christiani, quam Turci H ac alie nationes. Accangi voluntarii milites militantes ad fortunam, sine agris & sine stipendiis; quintam partem prædæ Imperatori dantes. Reguntur imperio pecuniaris præfecti, ex antiquis Turcarum familia evecti. Hi supra 50. millia censentur: & si qui strenui apparuerint, Thimarci vel alterius dignitatis nomen sortiuntur. Cypin. A. D. c. Felice Peemio, & Iov. l. 28. Histor. De iis aliter Sabell. Non unum, inquit, apud Turcos genus est equitum in usu. Sunt Thimarcini, qui stipendiarii interpretantur, ad octoginta millia: hi vicios, villas, castella, ut quisque meritis est, Regis indulgentia possident stipendii loco, præstatoque sunt Sanafacho, duci videlicet ejus provincie, cui attributi sunt. In duos divisi sunt exercitus, Asiaticum & Europeum, ductu inde majorum ducum militari: quorum hic Asia, ille Europæ præfides: hos Bassa gentili lingua appellat. Sunt & Aconizæ fatales dicti, hi sine stipendio militantes, semperque agmen præcedunt prædabundis, quintam prædæ partem Regi debent, manubiarum nomine: sunt hi circiter quadraginta millia. Abiit tertium genus in Charippos, Lii 3 Spahi-